



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVI. Patriarcharum dignitas proxima est Pontificiæ; deinde
Primatum & Archiepiscoporum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

sibi conciliant, Deo temerariam sacrarum opum prodigalitate vindicant, ut dum splendorem principalem ambiunt oculis, & periculis agitentur, ratio Ecclesiae Cardinalis profuit, nisi modestus & frugalis, nimis opes obfuerunt sapius. Ideo rectius honesti, & mediocres sumptus in plures, quam immodici in unum conferuntur. De Cardinalibus si plura desideras vide Barbat. in tract. de praestantia Cardinalium. Hieronymum Munfredum in tract. de Cardinalatu c. 1. Aluarum Pelagium de l. 2. de planctu Ecclesiae, art. 26. Waldensem l. 2. doctrinalis fidei art. 3. c. 54. Ioan. Turricrematam l. 1. de Eccl. c. 81. 82. 83. 84. Dominicum Soto 4. sent. 2. q. 2. art. 4. Martinum Landensem de Cardinalibus. Dominicum Iacobatum l. 1. de Conciliis a. 12. Hieronym. abbatem. lib. de Cardinalibus. Onuphrium, Volaterranum, aliosque. Quorum moribus, vigilantia, moderatione, potest Ecclesia stabiliri, ordines Cleri reformari, si voce, & exemplo praecant.

CAP V T XXXVI.

Patriarcharum dignitas proxima est Pontificiae, deinde primum, & Archiepiscoporum.

S. 1. **M**INOR fuit in Ecclesia dignitas Cardinalium, atque etiamnum est, quam Patriarcharum, & primum; nunquam enim Clericos Romani Papae Collaterales Ecclesia Patriarchis praeposuit, sed proximum locum dedit Patriarchis ipsis, nunc cum secessionem fecerint, plerique sedium Patriarchalium praesules, ut in eorum officium, ita etiam dignitatis estimationem venerunt Cardinales; olim ut dignitate, ita sessione, ceterisque insignibus proximi erant Patriarchae.

S. 2. Patriarchae quasi patres principum, seu Archiepiscoporum dicti sunt, distinct. 2. c. 1. Patriarcha patrum princeps, *Ἀρχιεπίσκοπος* enim princeps. Est etiam de his disputatio Henrici Kalreisen de punitione peccatorum publicorum, in Concil. Basileensi. Patriarchae autem dicti sunt illi qui Archiepiscopos, & Episcopos sibi subiectos habuerunt, ut Constantinopolitanus, Alexandrinus, ceteri. Sed tamen aliquando latius nomen usurpatum est: nam in Concilio Matifconensi, quod anno Christi 588. est celebratum, sub Pelagio 2. Priscus Episcopus Patriarcha dicitur, sed ille Episcopus erat Lugdunensis, ut patet ex subscriptione, in qua primus ille est. Nomen igitur hoc Archiepiscopo interdum est tributum. Nam Gregorius Turonensis l. 5. c. 20. historiae S. Nicetium Archiepiscopum Lugdunensem appellat Patriarcham. Consuetudo saeculi eius hoc tulit; quae iam abolita est. Ariani ut se aequarent Orthodoxis, suos Episcopos primarios Patriarchas nominarunt, ut est apud Gregorium, & Victorem. Quin etiam Schismatici Venetiarum, Istriae, Liguriae Episcopi Paulinum Aquileiensem praesulem sibi in supremum Patriarcham elegerunt, ut Paulus Diaconus lib. 2. de rebus Longobardorum. Sed nos proprie de Patriarchis loquimur.

S. 3. Patriarcharum officium est, Archiepiscopos & Episcopos gubernare, ita ut ad ipsos grauiorum negotiorum causae deferantur. Rationem distinctionis adfert Epist. 3. S. Anacletus. Prouinciae autem multo ante Christi aduentum tempore diuisae sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemente praedecessore nostro ipsa diuisio est remota. Et in capite prouinciarum, ubi dudum primates legis sedulierant, ac prima iudicaria potestas, ad quos qui per res quas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui a d. aulam Imperatoris, vel regum confugere non pote-

rant, vel quibus permittum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniuriis suis: ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum praeceptum erat: ipsis quoque in ciuitatibus: vel locis nostris, Patriarchas, vel primates qui unam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinae & Ecclesiasticae poni & esse iusserunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi primum nomine fruerentur, & non alii. Reliqua vero Metropolitana ciuitates, quae minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos; qui praedictis iuste obedirent primatibus, sicut in legibus saeculorum ordinatum erat, qui non primum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet Metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos Metropolitanos iudices habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos iudices habebant saeculares, primates tamen (ut praefixum est) & tunc, & nunc habere iustae sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negotia conueniant, ut ibidem, quibus necesse fuerit reuelentur & iuste restituantur, & hi qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur atque fulciantur. Episcoporumque causa & summorum negotiorum iudicia (salua Apostolica sedis auctoritate) iustissime terminentur. Haec ab antiquis, haec ab Apostolis, haec a sanctis patribus accepimus, nobisque (ut postulat) rimanda, & futuris tenenda temporibus, mittimus, & reliqua si a tribus praedicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deteriores fiant, dicente Domino per prophetam (ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam) quos rursus Dominus detestatur, dicens: Et tenentes legem nescierunt me. Nesciri ergo veritas alius conqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi, quia ea quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur Paulo attestante, qui ait: (si quis ignorat, ignorabitur.)

S. 4. Sine consensu Patriarchae non licebat Archiepiscopum eligere. Hinc privilegio Cyprus donata est, ne opus sit ad Antiochenum referre, sed possint ipsi Archiepiscopum eligere. ita in ean. Conc. Niceni cap. 37. Si Episcopus Cypri diem suum obierit, & populi non potuerint propter tempestatem maris mittere Antiochiam, ut eligatur, Patriarcha Antiochenus ordinet eis Archiepiscopum, in locum mortui: debent scribere ad Patriarcham, & petere, ut vnus aliquis fiat Archiepiscopus, quem ipsi desiderant, neque debet hoc prohibere Patriarcha, cum ad eum scriptum fuerit. Quis enim scit an defuncto Archiepiscopo, propter tempestatem hyemae sine capite remaneant; an aliquis fortassis ex tredecim Episcopis de vita decedat: atque ita fiat, ut toto illo anno Archiepiscopo careant: ob hanc causam Synodus hunc canonem constituit, cui qui contraxerit, hunc Synodus excommunicat. Ephesina Synodus can. 7. item huiusmodi, ne integro anno sine Archiepiscopo diocesis illa periret.

S. 5. Patriarchae ius habent Synodi conuocandae, cogunturque illis parere Metropolitanis; ita Synodus octaua cap. 27. Sancta & vniuersalis Nicena prima Synodus antiquam consuetudinem iubet seruari per aegyptum, & prouincias quae sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens: Quia & in Romanorum ciuitate huiusmodi mos praualuit: quia pro causa & hac magna & sancta Synodus, tam in seniore & noua Roma, quam in sede Antiochia, ac Hierosolymorum praeferam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, ita ut earum praesules vniuersorum Metropolitanorum qui ab ipsis promouentur, & sine per manus impositionem, siue per pallii dationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad conuocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conuentum, vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusauerit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolicam praesulis occurrant, a mundi principe se derineri in eatione causantur; placuit talem excusationem omnimodis esse inuolidam. Cum enim principes pro suis causis conuentus frequenter agat, impium est, ut summos praesules ad Synodos pro Ecclesiasticis nego-

Ratio con-
struendorum
Metropoli-
tanorum &
Archiepisco-
porum.

Archiepiscopus
est, ne opus sit
ad Antiochenum
referre, sed possint
ipsi Archiepiscopum
eligere. ita in ean.
Conc. Niceni cap. 37.
Si Episcopus Cypri
diem suum obierit,
& populi non potuerint
propter tempestatem
maris mittere
Antiochiam, ut
eligatur, Patriarcha
Antiochenus ordinet
eis Archiepiscopum,
in locum mortui:
debent scribere ad
Patriarcham, & petere,
ut vnus aliquis
fiat Archiepiscopus,
quem ipsi desiderant,
neque debet hoc
prohibere Patriarcha,
cum ad eum scriptum
fuerit. Quis enim
scit an defuncto
Archiepiscopo, propter
tempestatem hyemae
sine capite remaneant;
an aliquis fortassis
ex tredecim Episcopis
de vita decedat: atque
ita fiat, ut toto illo
anno Archiepiscopo
careant: ob hanc causam
Synodus hunc canonem
constituit, cui qui
contraxerit, hunc
Synodus excommunicat.

Patriarcha
lem ad Synodum
notam vocat
cuius primatus
tenentur
Metropolitani
capituli.

riis celebrandum impediatur, vel quosdam à conciliis eorum prohibere, licet tale impedimentum & fictam prohibitionem Metropolitanorum suggestione diuersis modis fieri didicerimus.

Inobedientem eadem Synodus segregari iubet, deinde, si in contumacia perseveret, deponi.

§. 6. Pontifex Romanus ceteros Patriarchas confirmat, & scriptum cap. 40. de electione apud Gregorium. Hinc & pallium accipiunt à Romana Ecclesia, ita in Lateran. sub Innocent. 3. cap. 5. Antiqua patriarchalium sedium privilegia renouantes sacra vniuersali Synodo approbante sancimus, ut post Romanam Ecclesiam, quæ dispositione Domino super omnes alias ordinaria potestatis obtinet principatum, utpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam eorum antistites à Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officii Pontificatus in signum, præstito sibi fidelitatis & obedientie iuramento, licet & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsonem obedientie ab eisdem.

Hic eorum insignia, & ius crucis anteferendæ etiam confirmantur. Obediendum esse illis, statutum est distinct. 99. Ex Epist. Anacleti.

Non audiunt causas nisi ex appellatione, ne proprii Archiepiscopi, & Episcopi contemnantur, & plus nimio Patriarchæ grauentur. Ita Greg. I. decret. t. 3. c. 9. Consultationi.

§. 7. Sedes Patriarchales illæ definiuntur quas Petrus fundauit, fueruntque initio tres, ita Anacletus Ep. 3. Prima ergo sedes est celestis beneficio Romana Ecclesia, quam (ut memoratum est) beati Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt. Sic Roma quæ prius erat à Cademonis artificis omnium errorum mater & alitrix, excussis tenebris, & raris superstitionum ritibus abiectis, filiorum Dei, exorto sole iustitiae, facta est copiosa propagatrix.

Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est, quia ipse & in Aegypto primum verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius.

Tertia, autem sedes apud Antiochiam, eiusdem (id est, beati Petri) Apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romanam veniret, habitauit, & i. nomen Christianorum noui illæ gentis exortum est. Reliquas vero (ut prædiximus) in quodam modo, prolixitate vitantes epistole, vobis conscriptas direximus. Inde namque & beati Apostoli inter se statuerunt, ut Episcopi singularem scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus id eorum sollicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apostolos quedam fuit discretio: Et licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas, id est caput & principium teneret Apostolatus: Qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopis tenendam tradiderunt.

Tres illæ à Petro Apostolo fundatæ sunt, ideoque honorem antiquitus tenebant. De hisce Baronius anno 112. num. 2. & Doctissimus Seuerinus Binius in notis ad Anacleti Epistolam tertiam. Tres Ecclesie: Romana, Alexandrina, & Antiochena, & quod à Petro Apostolorum principe fundatæ sint, sola ac semper patriarchales habitæ sunt, ut patet ex Concil. Nicen. can. 6. Chalced. Act. 16. Item ex epistola 53. Leonis ad Anatholium: ex epistola Gregorii ad Eulogium, quæ est lib. 6. cap. 37. Hierosolymitana per annos fere quingentos non re, sed nomine, non potestate, sed honore duntaxat, quarta patriarchalis habitæ est; ut patet ex Nicen. Conc. can. 7. Vbi decernitur ut Hierosolymitanus, quartum quidem patriarchalis sessionis locum ac honorem habeat, non tamen propterea à subiectione Casariensis, quæ Metropolitana erat, eximeretur. Vnde B. Hieronymus in epist. ad Pamachium,

contra Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, sic cum alloquitur: Tu, inquit, qui regulas queris Ecclesiasticas & Nicenæ Concilii canonibus veteris, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palestina quid pertinet? ni fallor hoc tibi de cernitur, ut Palestina Metropolis, Casarea sit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Casariensem Archiepiscopum referre debueras, cui spectat communione tua, communicare nos noueras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius litera dirigenda. Sed non cur Casaream; cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum Metropolitanæ tuo honorem reddere. Patriarchatus Constantinopolitanus, (quia tempore Nicenæ Concilii Constantinopolis vrbs nondum dedicata fuit) hinc postea tempore Iulianiani, post annum Domini quingentesimum opera Imperatoris, & Roman. Pontificum permissione accepit. In concilio quoque Constantinopolitano primo, ac postea in Chalcedonen. si, Constantinopolitanus non modo patriarchatus, verum etiam secundum locum obtinere conatus, sed Pontifici reliquisque reclamantibus primatibus frustra. Cur tres tantum prædictæ sedes patriarchales isto ordine collocatæ fuerint, solius Petri Apostolorum principis prerogatiua, auctoritas & primatus, velut propria & immediata causa honoris & potestatis efficit: quanquam Petrus in his sedibus eligendis, quod S. Leo in Ep. 84. ad Anastasium docet, quandam rationem magnitudinis & nobilitatis vrbiū habuisse, negari non possit. Romana sedes primam dignitatem patriarchalem obtinet, quia Petrus Apostolus in hac, quam fundauit, ut inquit S. Greg. I. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexand. quiescere & vitam finire dignatus est. Alexandrinam sede patriarchali decorauit (verba Gregorii sunt) in quam Euangelistam Marcum discipulum misit. Tertio sedem in qua ipse septem annis sedet, Antiochenam numerum firmavit, & sedis patriarchalis honore condecorauit. Ita Greg. prædicta epistola, S. Leo epist. 53. ad Anatholium. Sicut ergo maior est Petrus Apostolus Marco Euangelista, & Marcus Euangelista Euodio, qui neg. Apostolus neg. Euangelista fuit, ita quoque Romana Ecclesia Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam auctoritate & dignitate superat. Vnde Bellarm. de Rom. Pont. lib. 1. cap. 24.

Iidem dicti sunt primates, ut constat ex Epistola Stephani Papa 2. Nulli enim metropolitanæ, aut alii Episcopi appellentur primates, nisi hi qui primas sedes tenent, & quorum ciuitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras metropolitanas ciuitates adepti sunt, non primates, sed aut Archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Vrbes enim & loca, quibus primates præsidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statuta temporibus, quorū primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero vrbus post Christi aduentum Apostoli & successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia, salua in omnibus Apostolica auctoritate, & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referenda.

Non dissimilia habet Nicen. c. 39. Consideret Patriarcha, quæ Archiepiscopi, & Episcopi eius in provinciis suis faciunt, & si quid reperiat, secus quæ oporteat factum, mutet, & disponat, ut sibi videbitur. Siquidem ipse est Pater omnium, & illi filii eius, & quamuis sit Archiepiscopus inter Episcopos tanquam frater maior, qui curam habet fratrum suorum, & ei debet obedientiam, quia præstest tamen Patriarcha loco Patris sub cuius dominatu ac potestate sunt filii eius. Sicque præstet Patriarcha iis omnibus, qui sub potestate eius, sicut ille, qui tenet sedem Romæ, caput est & princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos & omnes populos eorū, ut qui sit vicarius Christi Domini nostri, super cunctos populos, & cunctam Ecclesiam Christianam. Et quicumque contradixerit, à Synodo excommunicatur. Hunc canonem citat Augustinus Siuechus libro secundo de donatione Constantini, & Franciscus Turrianus l. 2. de dogmaticis characteribus, & Alanus Copus in Dialogis, & extabat Arabice in Bibliotheca Marcelli secundi Romani Pontificis, numer. 44. in hunc modum. Veneramus secundum scripturas, & canonum definitionem, sanctissimum Romanæ antiquæ Ecclesie Episcopum, primum

Patriarcha
sunt prima
tes.

